Mandatum ad Judm Pilsneñ.

Sigismundus etc.

Famatis Advocato et Scabinis Civitatis nostrae Pilsneñ Fid. nobis dil. gratiam nram Regiam. Famati Fid. nobis dilecti. Tulimus non ita pridem decretum nrum inter Generosos Albertum et Joannem Farurowe Plenipotentes successorum olim Annae Lekorschanka Famati Vitalis Nadziewaniecz consortis Actores et Famatos Jacobum Textorem et Sebastianum Mastur necnon Gallum Grzegorowicz Cives Pilsneñ tanquam possessores bonor. Ffati Nadziewaniecz in casu eisdem citatis per Actores occone dotis in eisdem bonis reformatae tum et ronẽ gerade per eandem olim Annam Lekorschanka derelictae instituta quod eisdem Actoribus intromissio in bona Ffati in summis dotis quingentorum flor. adiudicata est quod quidem decretum pro executione ad Ffudm Fid. Vram remisimus Mandamus itaq. eisdem ut posteaquam eo nomine ab Actoribus vel eorum Plenipotente requisiti fuerint decretum Ffatum in toto prout necessitas rei per nos iudicatae postulaverit exequantur eosdemq. Actores in bona praefata sine ulla partis citatae contradictione intromittant omnino curent quatenus eidem decreto nro per omnia satisfecit Pro gra nra et offitii tenem debito et sub poena Mille marc. Colon.

Commissio

Sigismundus etc.

Generosis et Nobilibus etc. Fid. nobis dilectis gram nram Regiam Generosi Fid. nobis dilecti Supplicatum est nobis quod Joannes Bartoszowsky esset mente captus ad quem bona iure successivo post mortem pertinebant, qui tn postea cuiinis decessit post cuius decessum bona non ad alium quam ad sororem germanam uti post fratrem [illegible] pertinerent Ut autem eo melius de illius insipientia constari possit Fid. Vris id committendum esse duximus prout per praesentes committimus Mandantes ut habita inter se mutua coitelligentia captatoq. tempore opportuno in aliquem locum certum conveniant Inprimis diligentem inquisitionem tam inter agnatos quam etiam non agnatos faciant, Utrum Ffatus Joannes Bartoszowsky esset mente captus an non? Quod ubi compertum habuerit partibus aliisque quorum interest ad huius sententiam vocatis bona omnia mobilia et immobilia ad Ffatos coniuges iure successivo pertinentia mobilia quidem in unum cumulum conferri immobilia vero ubicunq. locorum consistentia iudicari et sic integram haereditatem constitui et Inventarium plenum et sufficiens confici et conscribi curent et iubeant. Deniq. auditis partium propositionibus et responsis necnon visis et diligenter examinatis eorum